2530 25 80

... satisfactione demittit cumittit transfudit transfert et transcribit Omneq[ue] et integrum ius suum sibi ad p[rae]missa servien[tem] in personam ipsos successorum transfert et transfudit. Et p[rae]sen[tem] inscriptionem ex his Actis ad Acta Terrestria propria districtus sui in absentia transferre consensit.

Wyszonki Wypychi Donatio.

Coram officio et Actis p[rae]sen[tibus] Castren[sibus] Capitan[ealibus] Branscen[sibus] personaliter comparens Nobilis Dorothea olim Famati Martini Ostrowsky ex olim Nobili Barbara Wyszynska procreata filia consors vero Nobilis Pauli Zwierzchowski tunc cum eiusdem mariti assistentia Sana mente et corpore existens a foro suo proprio Terrestri et iurisdictione competenti recedendo. Praesenti autem Castrensi foro et iurisdictioni se cum bonis suis realiter subijciendo et incorporando publice liberequ[e] recognovit. Quia ipsa in personam Nobilium Joannis Kiemiski olim Bartholomaei filii et Andreae Kiemiski olim Gabrielis filii Christophori Chwarowsky olim Alberti filii bona sua omnia in bonis Wyszonki Wypychi materna mobillia et immobillia ipsam modo quovis et quovis titulo spectan[tia] et concernen[tia] Cum omnibus commodis bonorum utilibus fructibus proventibus attinen[tibus] nullis ibidem sibi et successoribus aut alicuipiam reservando et excipiendo perpetue et in aevum dedit donavit et irrevocabiliter Resignavit. Cui iam ex nunc intromissionem realem ac actualitate pacifica possessione perceptam et Actis dicis quovis effectu acceptam dat et admittit. Submittitq[ue] se eadem ipsa recognoscens cum suis successoribus eosdem Donatorios et ipsorum successores in ratione praemissorum ab omni impedimento iuridico omnium personarum propinquorum et remotorum per omnes Iuris ordines Terrestres tueri evincere et solamque se non inquietare. Sub damnis Terrestribus. Et Coram officio p[rae]sen[ti] Castren[si] Branscen[si] per emptam iurisdictionem omnibus in universum iuris remedijs se et suos successores abscribendo. Praesentemq[ue] inscriptionem ex his Actis authentice acceptam ad Acta Terrestria proprij districtus sui in absentia transferre et inscribere consensit. Nulla praescriptione Terrestri et diuturnitate Castrensi in contrarium obstante.